SPECTABILES
DNI PROCONSULES & CONSULES

Ciuitatis Cracouiæ prout antea aliquoties ita et die hodierna in hoc ipso ne:
gocio per schedulas conuocati et in Prætorio Cracouien pleno in numero congregati exi:
stentes, atq matura super id deliberone præhabita, postulatis Spblium, Nobilium et Honora:
torum Pannicidaru Cracouien Seniorum et Iuniorum innitentes Articulos in Copia para:
ta oblatos coram se publice lectos et bonum ordinem præseferentes approbandos et confirmā:
dos esse censuerunt prout approbant et confirmant Conformibus votis suis in id medianti[b]o
Quorum Articulorum Series et tenor hic sequitur.

Articuli Pannicidarum Cracouien per Fratres Pannicidas tam Dnos Seni:
ores quam etiam Iuniores vnanimiter laudati Sanciti, ordinati et ab omnibus
secundum consuetudinem antiquam hucusq diligenter obseruati deniqz Spbli Senatu
Cracouien porrecti quos inprimis Dni Seniores nec non Iuniores moderni fratres publi:
ce legi curârunt deinde ad Acta præsentia Consularia Cracouien inseri atqz ingrossari
obnixe petierunt Submisse rogan et merito secundum Iura et Priuilegia eorum se con:
seruando pro rato gratoqz suscipiendo, approbationem et Confirmationem horum Ar:
ticulorum qui modo infrascripto sequuntur.

Anno Domini 1548. in Conuocatione feriā secunda post Dominicam In:
uocauit per Fratres Pannicidas habita ex vnanimi eorundem ipsorum Fratrum Pā:
nicidarum consensu laudatum, Sancitum et ordinatum est.

Inprimis vt Singulis annis in Mense Ianuario secundum vsum antiquitus rece:
1. ptum, quatuor Domini Viri eruditi grauesq de medio Fratrum Seniorum vezt duo
in vna alij vero duo in altera parte Pannicidiorum eligantur, idq ad præcustodiendā
et Conseruandam antiquam consuetudinem vt omnia suo ordine fiant. Qui quidem
Domini Seniores duo, scz, Cistulam cum Priuilegijs et munimentis Fraternitati Serui:

entibus



SPECTABILES DNI PROCONSUL. & CONSULES

Civitatis Cracoviae prout antea aliquoties ita et die hodierna in hoc ipso negocio per schedulas convocati et in Praetorio Cracovien pleno in numero congregati existentes atq matura super id deliberatione praehabita postulatis Spblium Nobilium et Honoratorum Pannicidaru Cracovien Seniorumet Juniorum innitentes Articulos in Copia parata oblatos coram se publice lectos et bonum ordinem praeseferentes approbandos et confirmandos esse censuerunt prout approbant et confirmant Conformibus votis suis in id mediantibus Quorum Articulorum Series et tenor hic sequitur.

Articuli Pannicidarum Cracovien per Fratres Pannicidas tam Dnos Seniores quam etiam Juniores unanimiter laudati Sanciti ordinati et ab omnibus secundum consuetudinem antiquam huc usq diligenter observati deniq Spbli Senatu Cracovien porrecti quos inprimis Dni Seniores nec non Juniores moderni fratres publice legi curarunt deinde ad Acta praesentia Consularia Cracovien inseri atq ingrossari obnixe petierunt Submisse rogan et merito secundum Jura et Privilegia eorum se conservando pro rato gratoq suscipiendo, approbationem et Confirmationem horum Articulorum qui modo infrascripto sequuntur.

Anno Domini 1548. in Convocatione feria secunda post Dominicam Invocavit per Fratres Pannicidas habita ex unanimi eorundem ipsorum Fratrum Pannicidarum consensu laudatum Sancitum et ordinatum est.

1. Inprimis ut Singulis annis in Mense Januario secundum usum antiquitus receptum, quatuor Domini Viri eruditi gravesq de medio Fratrum Seniorum videlicet duo in una alij vero duo in altera parte Pannicidiorum eligantur idq ad praecustodiendam et Conservandam antiquam consuetudinem ut omnia suo ordine fiant. Qui quidem Domini Seniores duo scilicet Cistulam cum Privilegijs et munimentis Fraternitati Servi-

entibus



entibus observabunt. Alij vero duo claves ab eadem Cistula habebunt. Isti quoq Dni Se-
niores singulis annis post depositionem Officij sui, rationem in loco apto solitoq facient tam
de restitutione Privilegiorum cum Cistula quam etiam de Compositione mutua inter Fra-
tres habita: et quater ad minimum uno in Anno solenniter Conveniant veri Singulis qua-
drantibus Anni vel quoties necessitas postulaverit id toties conveniant et consulant, ut omnia
decenter et in suo ordine permaneant, alios Confratres ad horam certam et assignatam in rebus
arduis obdestinando. Hi etiam Dni Seniores vigiles seu Custodes duos Pannicidiorum sub
ferula habebunt, executionemq ex illis facient, si aliquis eorum cuipiam Confratrum molestus
fuerit vel officio suo non satisfecerit. Praecipue vero Dni Seniores diligenter animadvertat,
ut ijdem Custodes diligentes sint tam in aperiendis quam etiam in claudendis Pannicidijs, iuxta
usum et Consuetudinem, sive diebus festis sive profestis: neminemq per Pannitondia prorsus
sus ingredi permittant; nec cuipiam in favorem Cancellos citius vel serius aperiant seu clau-
dent, sed secundum usum antiquitus receptum in omnibus, iuxta Iuramentum per illos Dnis
Pannicidis praestitum, et singulis annis reassumptum et confirmatum, se se gerant sub pena
illis per Dnos Seniores irremissibili imposita

Itt. ut unusquisq ex Fratribus Pannicidis per Dnos Seniores Fratres Pannicidas obdesti-
natus existens ad horam designatam nisi legali impedimento sincere seipsum excusaverit per-
sonaliter comparere teneatur. Si quis vero dicto non audiens et contumax fuerit ac purgatio-
nem ullam fecerit ultimam, ob eam inobedientiam et Contumaciam talis quilibet quoties id ad
miserit toties duodecem gr. pena per Dnos Seniores mulitari debet

2do Itt. ut unusquisq Frater Pannicida pro quolibet Quartuali Anni ad Cistulam Fratrum
Pannicidarum Communem per grossos quatuor solvere irrecuse teneatur. Qui vero in tali quatuor
grossorum solutione negligens fuerit, talis duplam nempe grossos Octo irremissibiliter persolvat.
Quod si plura retenta per ipsos negligentiam reperta fuerint: ille idem quicunq sit ea omnia
simul et semel pro prima requisitione Dnorum Seniorum persolvere ac reddere ad Communem
Cistulam sine dilatione ac procrastinatione tenetur. Cuius quidem perceptae pecuniae Dni Seni-
ores rationem in ellapsu Anni Confratribus suis facere tenebuntur.

Itt.

3tio Itt. ut singulis diebus forensibus Septimanalibus duo Custodes Pannicidiorum iuxta ordi-
nem antiquum ex Mandato Dnorum Seniorum, ad forum Scrutarium seu Vendetam ire te-
neantur ad percipiendas vestes novas, quae in damnum Pannicidarum per Sartores vendun-
tur sumptis secum Officij Consularis famulis ire teneantur.

4to Itt. Quicunq ex Fratribus Pannicidis occultos Contractus cum Sartoribus Separdien-
exerceret, et Pannos illis, cuiuscunq generis sint, ea ratione venderet et concederet ut ipsi ite-
rum ex pannis eiusmodi vestes noviter confectas in foro Scrutario seu Vendeta singulis
NB diebus forensibus Septimanalibus extra nundinas contra Iura et Privilegia libere ven-
dant, unde alij Confratres inopes aeris sunt paupveresq fiunt: ubi hoc revelatum esset: Se-
cundum Decreta S. R. Mttis. eiusmodi vestes, Fratres Pannicidae cum famulis Officij
recipiant, Et talis Confrater qui eo in passu Sartoribus fautor et coadiutor esset, penae ad
Communem Cistulam DD. Pannicidarum qui in Pannicidijs Cracovien mercantur Quinqua-
ginta Marcas irremissibiliter persolvat.

5to Anno Dni 1549. in Conventione Fratrum Pannicidarum feria quarta post
festum Epiphaniarum Dni habita laudatum Sancitum, Ordinatum prohibitumq est, ut
nullus ex Fratribus Pannicidis audeat Confratris sui Pannicidae pannum propter ut su-
um ipse citius et melius vendat vituperare: talis quicunq sit quoties in eo repertus et con-
victus fuerit toties Decem marcarum penae ad Communem Cistulam per Dnos Seniores succubit

6to Itt. ut reprimantur et prorsus tollantur discordiae et Contentiones inter nos Fratres
Pannicidas mutuo saepissime minus decenter habitae, quae Christianos dedecent: ideo omnes
et singuli perpetuis futuris temporibus consentimus, et firmiter statuimus, ut nemo de me-
dio nrum, unus alteri famulos Notarios seu Scribas quos sibi unusquisq propter Commo-
dum et utilitatem suam a iuventute ipsorum informavit ac educavit suscipere avo-
careq audeat: tum etiam illorum servitio uti seu famulatu sibi praesumat: ac sine
expressa et authentica literali recognitione eiusmodi famulo a Dno suo antequo
nempe quomodo se se gesserit data an etiam ab eo liber sit ad servitia sua attrahat
seu avocet sub privatione, et ammissione talis famuli nec non sub pena Quinqua-
ginta Marcarum ad Communem Cistulam persolvendarum. Talis vero famulus qui con-
tra hoc laudum Sancitum aliter fecerit Dnum suum antiquum reconciliando a

famulatu

famulatu Pannicidarum prorsus excludatur, et ejciatur. Hunc Articulum a Sptli
Senatu maxime approbari et confirmari exposcimus, quem sine approbatione, et Confirma
tione non suscipimus varia certamina rixarum præcauendo ac præcustodiendo. Ad hæc pe
timus ac firmiter inter nos statuimus et inuenimus præcipue verò de lege Sumptuaria,
ne quisquam Juuenes famulos Seruos de medio nostrum vestiat ac permittat vestire, nisi
panno Morauiensi cuiuscunque coloris modo non rubri. Notarios vero seu Scribas qui in
nos plures in Seruitijs consumpserunt, ne quisquam audeat vestire, nisi Panno in Anglia
elaborato qui Karadia vulgo nuncupatur: cuiuscunque etiam Coloris sed non rubri. Post
quam vero in Seruitijs huiusmodi famulorum annos suos Dnō fideliter expleuerit, libe
rum erit Dnō illius quicquid placuerit tanquam fideli seruo pro vestitura condonare. Similiter
nemo flauis Calceamentis famulum suum ornet, ac vestire permittat, sed duntaxat nigris sub pœna
Regia Quatuordecem marcarum

7mus Itē. Ex numero Notariorum famulorum, seu Seruorum qui Dnīs suis ab annis plurimis
Seruitia exhibuerunt, et post elapsum temporis seu annorum illius qui noluerit amplius et in
posterum Dnō suo Seruitia exhibere, sed voluerit in medio Fratrum in Pannicidijs esse, seu re
sidere talis quicunque sit non præsumat sibi nec audeat id facere citius nisi elapsis tribus annis
postquam a Dnō suo liber pronunciatus fuerit: nec Seruitia cuiquam Confratrum amplius
exhibere poterit sub pœna Centum florenorum Vngaricalium a tali Confratre qui eiusmodi
famulum vel Seruum receperit vel habuerit intra tempus superius Constitutum multa
Officio Consulari Cracouien medium, ad Communem verò fistulam medium irremissibiliter
persoluta. Nec aliter omnino vtrique facient, nimirum ob eam rationem ne notos Emptores
et Scisores externos pannorum Dnō suo antiquo Seruus auocet sibique attrahat propter
incommodum et minuendum Dnī sui victum, debilitatemque mercantiæ ipsius vtque ex eadem etiā
ratione reliqua iuuentus reprimatur effrenatiorque

8vus Itē. Si alicuius Confratris famulus, aut Seruus cum altero Vicini sui famulo vel alij
Confratris sæpius conueniendo nugas fabulas siue tractauerit, eumque sine necessitate in
absentia Domini sui siue sit amicus, siue non, accesserit, Comodum et vtilitatem Dnī sui
non curando, Emptoresque non obseruando: talis famulus obseruatus in Confabulatione

et

et denunciatus à Dnō suo castigetur, si vero non Castigatus erit, si sit, Dnus illius pœ
nā ad Communem Cistulam sex grossorum succumbit.

9nus Itē. Si aliquis famulorum, aut Seruorum nomine et sub prætextu Dnī sui pannos
cuiuscunque generis sint, pro alio Confratre, vel quacunque alia persona Exactoribus Thelo
nei S. R. Mtis innotesceret et denunciaret libertatis gratia ac si Dnī sui proprij eius
modi panni sint, talis famulus, aut Seruus, iuxta eius demeritum per Dnōs Seniores pu
niendus est.

Itē. Nemo inter nos Fratres ex pannicidijs in suis Cameris, et Testudinibus seu Do
mibus extranei hospitis quicunque sit pannum audeat seruare, neque ob eam rationem Con
uersationem cum illo habere: hoc enim faceret contra Jura et Priuilegia Pannicidiorum
et in præiudicium omnium Confratrum; talis Confrater pœna arbitraria Dnorum Consulū
irremissibiliter soluenda multandus.

10mo Itē. Cari etiam modo ab hoc tempore quo die 16 Junij Anno 1586. laudatum
Constitutum atque ordinatum est per Fratres Pannicidas qui multum exposuerunt sum
ptum vt Priuilegia vsu firmata et libertates in Scisione pannorum in suo vigore et robore
conseruanda sint promouenda et præcustodienda per longum Juris strepitum: quod
etiam Dnī Seniores nec non Juniores Fratres vnanimiter manu Coniuncta et diuisa ab
annis aliquot confirmauerunt approbauerunt, et pro rato gratoque susceperunt et habuerunt
vere si aliquis ex famulis, ad numerum fratrum Pannicidarum aspirauerit, et inter
eosdem residere voluerit, talis quicunque sit Dnīs Senioribus Pannicidis et coram eis
dem Jus Ciuile Cracouien susceptum exhibere in instanti tenetur. Quod si nedum ha
buerit illud per eosdem Dnōs Seniores habere faret: Ad hæc obligatur ad fistulam
Fratrum Pannicidarum communem pro tuitione, ac defensione seu munitione Ju
rium et Priuilegiorum quæ ipsi ac Prædecessores eorum magno cum sumptu et labo
re consecuti sunt Marcas Quinquaginta ex nunc deponere, et persoluere quod etiā
fit in alijs varijs Fraternitatibus. Post hac Priuilegijs et libertatibus conuenite
vtetur, ac de illis simul cum alijs gaudebit

Itē

10 Itt. omnes vnanimiter tam Seniores quam etiam Iuniores Fratres Pannicidæ constitue:
runt ac firmiter eodem Anno vt supra Concluserunt vt retenta per compositionem mutuam
Ao 11. Confratrum facta ab annis pluribus ex vnanimi Consensu Omnium Confratrum proueni:
entia militem exposita ad defendenda, conseruanda et præcustodien Iura et Priuilegia
seruientia, ab antiquo non persoluta quæ contra eos qui eripiebant victum Pannici:
dis contra Iura et antiquam ordinationem Libertatesq Pannicidiorum erogata sut
persoluantur ac restituantur, ab eo in quibus aliquis pro sorte et interesse suo proue:
niendo repertus et inuentus fuerit suorsq solutionem differendo quod intelligitur non
tam de persona quam de fundo Fundus enim Libertati adiacens, Pannicidio seruit ac
onera illius retinet ac suffert. secundum Decreta in eo passu lata: Nec non secundu
Plenipotentiam vnam Spbli Dno Ioachimo Chrzepielowskij Consuli Cracouien datam
et Concessam de data Cracouiæ feria Quarta an festum Sctæ Priscæ proxima Anno
Domini 1583. Alteram vero de data in Pretorio Cracouien feria sexta ante festum
Natiuitatis B. Virg. Mariæ proxima Anni 159 Quarti

Itt. nemo Confratrum post hac promptuarium als Cistam siue expositorium suum in
12. quo exponuntur panni silesitici venales als Sraga audebit amplius et imposterum vlle:
rius aut longius a limine seu muro testudinis suæ, nisi emensurato spacio ad quinq vlnas cum media
statuere locareq sub pena quinq marcar Dnis Senioribus persoluenda ad Comunem Cistulam

Itt nemo ex Fratribus Pannicidarum præripien victum alteri, Emptores pannorum præsertim
13. vero Funebralium als Załobnijch, per hospitia quærere et attrahere audeat sed in Pannicidio resi:
dens benedictionem Dni expectabit sub pena Quatuordecem marcar irremisse ad Cistulam Comu:
nem Dnis Senioribus persoluenda

Itt. Præcluden viam difficultatibq in persoluendis Regalibus Censibus ad Magnam Pro:
14. curationem ex Pannicidijs prouenientibq euenire solitis de vnanimi Omnium Fratrum Con:
sensu statuimus quatenus quilibet Confratrum Pannicidarum Census eiusmodi Regios ad
primam sui per famulum Dni Magni Procuratoris Arcis Crac requisitiom factam pro festo
S. Martini absq quauis procrastinone soluat.


Itt.

Itt. nemo de medio Fratrum Pannicidarum audeat ligneis vti vlnis, mensurari gillis
sed ferreis sub sigillo Ciuitatis appresso. Siquis huius Constitutionis transgressus inuentus
fuerit, pœna quinq marcarum ad Comunem Cistulam puniendus erit. Tales enim ipsi Dni
Seniores diligntr animaduertant vt omnia suo ordine et decenter fiant: ab hoc vero tem:
pore, nemo præsumat amplius ligneis vlnis mensurari, sed ferreis munitisq sigillo Ci:
uitatis: idq cuiuscunq Conditionis sit homo, siue Consul siue Scabinus Supremi Iuris
vel quiuis Confrater, obseruare id diligenter tenetur

Anno Domini 1586. In Conuocatione per Fratres Pannicidas habita ex vnani:
mi eorum Fratrum Pannicidarum consensu laudatum sancitum ac Constitutum est ma:
nu coniuncta et indiuisa Seniorum nec non Iuniorum fratrum cum subscriptione ma:
nuum propriarum DD. Seniorum protunc existentium, id concludendo inter se perpetuo,
ac irreuocabiliter obseruare, ac tenere. Si aliquis ex Fratribus Pannicidis cuiquam Ar:
ticulo expræmissis aduersus ierit, et contra facere quocunq colore et prætextu conatus
molitusue fuerit: semelq et iterum super præmissis fraterne admonitus non resipuerit
talis Spbli Senatui Cracouien per Seniores Fratres Pannicidas deferri debet iuxta
eius demeritum et inobediens puniendus pœna. In quorum maiorem fi:
dem Sigillum Offitij nri præsentibus est subappensum Actum Cracouiæ feria Quin:
ta pridie festi Vndecem Millium Virginum Anno Domini Millesmo Sexcen:
tesimo Decimo Sexto.

Jacobus Herc Ciuis
Cracouiæ Notarius.

Albertus Gruszczyński
Ciuitatis Cracouien Notarius



1616

Copia

Articuli Patavici
data

1616

Pro Amo

XI. b.